

## PROLOGUS IN IOHELAM.

*Prologus Biblie Sacre*

vsq; ad osee qui ductus est in assyrios. regnū iuda et regnū describit israel. Si historiam respicias vba simplicia sunt si in literis sensum latentem inspereris ecclesie paucitas et hereticorū contra ecclesiam bella narrantur. Duodecim prophete in vniuerso voluminis angustias contrariū multo aliud q̄ sonant in litera p̄ figurant. Osee crebro nominat effraim samaria ioseph. ieruel. et vxore fornicariam et fornicatois filios. et adulteram cubiculo clausam mariti: multo tpe sedere viduam. et sub veste lugubri mariti ad se reditū prestolari. Joel filius tuuel describit terram duodecim tribuū: eruca bruce locusta. rubigine vastante consumptā. et post euersionē prioris populi effusum iri spiritū sanctū super seruos dei et ancillas. i. sup centū viginti credentiū nomina. et effusū iri in cenaculo sion. Qui centū viginti ab vno vsq; ad quindecim paulatim et per incrementa surgentes: quindecim graduū numerū efficiūt. qui in psalterio mistice continentur. Amos pastor et rusticus et ruborū mora distringēs paucis verbis explicari nō potest. Quis enī digne exprimat tria et quattuor scelera damasci et gaze. tyri et ydumee et filiorū ammon et moab et i septimo et octauo gradu iude et isrl. Hic loquitur ad vacas pingues q̄ sunt in samarie mōre. et ruiturā domū maiorē minorēq; testatur. Ipse cernit victorē locuste. et stantē dñm super murū litū vel adamantinū et vnicū nū pomorū attrahentē: supplicia peccatorib; et famē in terra. nō famē panis nec sitim aque: sed audiendū v̄bū dei. Abdias qui interpretatur seruus dñi pertrahat edom. et sanguinēū terrenūq; fratris. fratris quoq; Jacob sp̄ emulūq; hostia percutit spiritali. Jonas pulcherrima columba: naufragio suo passionem dñi p̄figurās: mundū ad penitentiā reuocat. et sub nomine niuię gentibus

salutem nunciat. Michas de moastri coheres christi vastationem annunciat filie latronis. et obsidionem ponit contra eam: quia maxillam percussit iudicis israel. Naum consolator orbis increpat ciuitatem sanguinum. et post euersionē illius loquitur. Ecce super motes pedes euāgelizantis et annūciantis pacē. Abachuc luctator fortis et rigidus stat super custodiam suam. et figit gradum super munitionem vt christum in cruce cōtemplatur. et dicat: operuit celos gloria eius. et laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius. ibi abscondita est fornicatio eius. Sophonias speculator et arcanorum dei cognitor. audit clamorem a porta piscium et eulatum a secunda. et contritionem a collibus. Indicit quoq; dilatatum habitatoribus pile quia contigit omnis populus chanaan: dispersi sunt vniuersi qui inuoluti erant argēto. Elgeus festiuus et letus. qui seminavit in lacrimis vt in gaudio meteret. destructum templum edificat: deumq; patre inducit loquentem. Adhuc vnum indicumq; et ego commouebo celū et terram et mare et aridam. et mouebo omnes gentes et veniet desideratus cunctis gentibus. Zacharias memor domini sui multiplici in propheta ihesum vestibus sortidis indutum et lampadem oculorum septem. candelabrumq; aureum cū totidem lucernis quot oculis. duas quoq; oliuas a sinistris lampadis cernit. et a dextris vt post equos rufos. nigros. varios et albos. et dissipatas quadrigas. ex effraim et equum de iherusalem. pauperem regem vaticinetur. et p̄dicet sententiam super pullum filium asine subingalis. Malachias aperte et in fine omnium prophetarum de abiectioe israel et vocatione gentiū. Non emibi ait voluntas in vobis dicit dñs exerci-

A 4

